



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Episcopi.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

170      *Pars secunda de elevatione*  
doctionis sacræ eructando , sive efferatæ instar  
bestiæ verberibus , pugnis etiam inter charta-  
rum lusus , aut saltus sibi subjectos aliquoque tra-  
stanto , sive Sacra menta variis modis indignè  
& prorsus indecenter administrando . Illi qui  
quantocyus scandal a ejusmodi ex officio debe-  
rent tollere , id vel nescio ex quo metu aut osci-  
tantia negligunt , vel accusatorem aliaque juris  
adminicula deesse queruntur . E quidem con-  
tra juris ordinem non oportet procedere , nec  
inauditum , aut non convictum condemnare  
sed ubi vita scandalosa Sacerdotis nimis quam  
manifesta est omnibus in vicinia . Zelo Dei ani-  
marumque salutis secundum scientiam armatus  
judec facile inveniet viam etiam secundum juris  
ordinem publicâ famâ notum corrigendi &  
compescendi . Si ipsi remora injicitur ob colli-  
sionem inter potestatem Ecclesiasticam & lai-  
cam , vel quia dominus correctionis , inclusionis  
pro scandalosis præsbyteris non sunt in patria  
ipse nihilominus urgere debet , & facere quod  
potest . Deus autem severè puniet eos , qui in  
causa sunt , quod minus scandal a ejusmodi pu-  
blica cum vilipendio Ecclesiæ Catholicæ non  
gollantur .

*Episcopi.*

*A*ttendite vobis & universo gregi , in quo uol-  
Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ec-  
clesiam Dei , quam acquisivit sanguine suo . Act.  
20. Qui Episcopatum desiderat , bonum opus de-  
siderat .

siderat, id est præclarum & ita arduum, ut teste  
Trid. Conc. etiam Angelicis humieris sit formi-  
dandum. Oportet ergo Episcopum irrepreben-  
sibilem esse, unius uxoris virum (quomodo hoc  
sit intelligendum V. infra) sobrium, prudentem,  
ornatum, (scilicet honesto habitu ac talem per-  
sonam decente. Vel, ut Hieron. vult, moribus  
compositum, servantem decorum in incessu,  
habitu, sermone, & omni motu) pudicum, ho-  
spitale, non violentum, non percussorem [in-  
domiris animi motibus obnoxium] sed mode-  
stum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ do-  
mui bene præpositum (ut scilicet redditus Episco-  
pales bene administrentur, debita non contra-  
hantur, & omnia in domo Episcopali ordinate  
fiant] filios habentem [NB. non post Episcopa-  
tum assumptum generantem, sed si quos in præ-  
vio legitimo conjugio genuit] subditos sive mo-  
rigeros & bene educatos cum omni castitate, id  
est perfectâ puritate. Oportet autem & testimo-  
nium habere bonum ab iis, qui foris sunt. 1. Tim.  
3. Quibus scilicet bono exemplo prælucet &  
præluxit. Ecce conditiones hic loci exigit Apo-  
stolus in Episcopo decem affirmativas, & sex ne-  
gativas, quas bene perpendere debet, & qui  
Episcopatum non propter bonas opes, sed bon-  
um opus desiderat, & illi, qui tanquam pa-  
triæ Patres & Diœcœleos aut Cleri in Cathedra-  
libus Ecclesiis primores jus Episcopum eligendi  
habent, eò severiorem districto judici reddituri  
rationem, quò magis aut amore lucri, aut li-  
vore contra hunc illum aut alio inordinato af-

fectu ducti bonum commune , spirituale , & temporale negligunt . Scio Episcopum quendam in certa ditione morti proximum iteratò ingeminasse , yalde dubiam sibi videri salutem multorum Episcoporum in eadem ampla ditione ant natione , eò quod vel ditandis familiis si Duces nati non sunt , toti intenti essent , & quæstio sit , an non tantum de bonis Ecclesiæ sed & subditorum expensis acquisitis ita disponere possint ; vel instar aliorum sacerdotalium Principum clamosis yenationibus aulæque magnificentia ac pompâ distenti Episcopale ipsi munus non administrent , vel ex defectu bonæ reddituum administrationis & malâ ac profusâ , ubi esse non deberet , nummorum applicatione debita contrahant ex post non solvenda , vel subditos habeant durius , debitamque justitiae culturam negligant , vel demum non castè vivant . Occasione hujus ultimi puncti explicandum venit , quod suprà ex Apostolo allatum est , Episcopum scilicet debere esse *unius uxoris virum* . Pro quo ritè intelligendo scire oportet , quod ob defectum cœlibum , qui muneri Episcopali vel Pastorali apti essent , ordinati fuerint in primitive Ecclesia etiam conjugati , sed non nisi Monomagi sive unius uxoris viri , non verò bigami , sive qui uxore primâ mortuâ duxissent secundam , & hi Monomagi post suscepitos sacros ordines conjugii usu abstinebant . Postmodum tamen Græcis ob incontinentiam indultum fuit , ut uxorati ante susceptos sacros ordines in usu conjugii permanent . Nunquam verò concessum

cessum fuit, ut jam ordinato novam liceret uxori  
rem ducere. Multò autem certè damnabilius  
erat & est uti pellice. Et revera ad æternam sa-  
lutem Episcopi èo magis necessarium est exem-  
plum bonum in hoc & supra ab Apostolo requi-  
sitis punctis, quò major in ipso vi characteris &  
statu Episcopalis, quàm aliis Sacerdotibus imò &  
religiosis requiritur perfectio. Hi enim vi pro-  
fessionis suæ tenentur tendere ad perfectionem.  
Episcopus autem debet perfectus esse. *Quis-*  
*quis Sacerdotii jungitur teste Greg. hom. 17. in*  
*Lucam, quas ex salis tactu aeterna vita sapore con-*  
*diri debet. Quantò magis domesticis & aliis*  
*subjectis id evenire debet, dum junguntur vel*  
*conversantur cum Episcopo. Quàm invertitus*  
*jam ordo est! pergit idem Greg. l. c. quando*  
*ipso peccamus, qui compescere peccata debuimus,*  
*& quia eo ipso, quo ceteris prælati sumus, ad*  
*agenda qualibet maiorem licentiam habemus, su-*  
*scepta benedictionis ministerium vertimis ad arri-*  
*bitionis argumentum, locum sanctitatis accipi-*  
*mus. & terrenis aëtibus implicamur.*

O Deus bone Christe Domine Pastorum Pa-  
stor, da, ut ubique & in hac ditione ac urbe  
NN. cui NN. Episcopus præest, verificetur il-  
lad l. 2. Machab. c. 3. Quod civitas habitetur  
in omni pace, leges etiam custodiantur propter  
Onie NN. Pontificis pietatem & animos odio ha-  
bentes mala. Nempè Regis ad exempli aula,  
titbs, ditio, & totus componitur orbis. Da, ut  
Episcopus moriens cum solatio dicere possit hos  
illos suā curā salvatos esse. S. Greg. Thauma-

174      *Pars secunda de elevatione*  
turgus mortiens interrogabat , quo<sup>t</sup> adhuc infi-  
deles essent in urbe Cæsarea , cumque tantum  
septendecim superesse intelligeret , repositus Deo  
gratias agens , totidem erant fideles , cūm cepi Epi-  
scopatum . Postquam de Sacerdotibus & Epi-  
scopis ea allata sunt , quæ pietatem fovere , la-  
lubria documenta ingerere , & mentem in De-  
um elevare possunt . Non abs re erit in hunc  
finem , ut eò magis in sancta religione nostra  
confortemur , aliqua quoque hoc in genere  
controversia cum Hæreticis percurrere de con-  
stitutis à Deo ad regimen Ecclesiæ & Ecclesiasti-  
ca munia Sacerdotibus , Episcopis , & summo  
omnium Pastore Pontifice Romano . Et hinc  
ad hoc servit

### *Subiectio quinta.*

*Imò.*

### *De vocatione Ministrorum Ecclesiæ.*

**S**icut in republica politica nemini fas est usur-  
pare functiones publicæ potestatis , nisi legi-  
timâ autoritate ad hujusmodi officium ritè de-  
putatus sit : ità nemo usurpare regimen Eccle-  
siæ & exercere debet functiones Ecclesiastice  
potestatis , ut prædicare verbum Dei , admini-  
strare Sacra menta , sacrificare , &c. nisi legitimâ  
autoritate ad hæc munia vocatus . Nec enim  
quisquam sibi sumit honorem , sed qui vocatur à  
Deo tanquam Aaron . Hebr . 5 . & ad Rom . 10 .

*Quo.*